

The fall of Troy

Liber aeternus, honestis viris carus, a Vergilio scriptus est. In libro vir, filius e dea, a dis missus est ut oppidum in Italia conderet. Vir a dis lectus erat ut factum faceret quod honestus bonam vitam ageret. Patriam, Troiam, ab inimico traditam reliquit. Troia delata erat postquam incolae longum bellum cum Graecis gesserant; insidiis perdita est. Multi inimici in alto equo ligneo tecti erant; Graecus vir incolis oppidi amicus ductus, magno cum studio amicos, Troianis inimicos, ex equo duxit et tecta monstravit ut accenderentur et incolas ut interficerentur. Troia magno in periculo posita est; ne filius quidem deae cum amicis oppidum servare potuit. Cum parva turba amicorum patriam reliquit et vela ad Italiam dedit.